



2057
-47-

JESU FAVENTE,

Præscitu atqve Permissu

Magnifici atqve Nobilissimi Jctorum Ordinis

SUB PRÆSIDIO

BARTHOLOMÆI LEONHARDI

SCHVVENDENDÖRFFERI,

U. J. D. & P. P.

DISPUTATIONEM JURIDICAM

De

COLLECTIS

LIPSIÆ

Ad diem 8. Martii 1677.

IN ACROATERIO JCTORUM

publicæ eruditorum inquisitioni
subjicio

JOHANNES FRIDERICUS GRABO,

Neo-Ruppin. Marchicus.



LIPSIÆ RECUSA, 1717.

(4)

PRIMUM FAVORITUM

Magnifico Magistro Johanne Christiano

SUB PRÆSIDI

BARTHOLOMÆI LEONHARDI

SCHUVEVENDENDÖRFFERS

U. J. D. & R. P. D. S. S. S.

DISSENTATIONEM JURIDICAM

DE

COLLEGIIS

LIBRIS

ANNO DOMINI MDCCLXXV

IN URBE BEROLINENSIS

IN PUBLICA BIBLIOTHECA

LIBRIS

JOHANNES FRIBERICUS GRABO

Magister

Magister

Magister

Magister

Magister

LIPSIÆ REGIÆ, MDCCCLXXV

(*)



Q. D. B. V.

Th. I.



Dium in *collectas*, in quod incurrunt apud omnes ferme subditos legitime impositæ collectæ, testante proh dolor experientia, adeo, ut subditi Magistratum dente Theonino rodant ac genuino mordeant, quin imo litem sæpissime moveant, pepererunt procul dubio tot inutiles, ac noxiæ circa reddendam de collectis rationem ab inferiori Magistratu cum civibus quandoque habitæ disputationes, quibus multæ civitates repletæ sunt, & deinde inæqualitas distribuendi, ut exactiones pecuniarum tenuiores cives magis quam opulentos urgeant, uti temporibus Cosmi Medicæi apud Florentinos, exinde enim tunc temporis bella civilia exorta fuere, teste Ænea Piccolomini. *comm. 51.* Proinde magni æstimanda, imo æviternum de veneranda existit Serenissimi Saxonæ Electoris, &c. &c. &c. Clementissimi Domini me gratiosissima provisio, qua inferiori Magistratui collectas ulteriores absque reddita de prioribus ratione indicere prohibetur, testantibus *Recess. de Anno 1658. & 1662.* circa Eislebientia hunc in finem datis, ut omnis hujus materiei controversia præcidatur, & inferiori

A. 2

riori

riori Magistratui ostendatur, sed tantum collectarum ad-
ministratorem, non dominum esse, & eam ob causam de iis
rationem reddere teneri Joseph. de Sese *Decis. Arragon. 150.*
n. 6. Berlich. *Decis. 141. n. 2.* & non nisi ex superioris con-
sensu Carpz. *part. 2. const. 6. desin. 24. n. 2.* vel mandato colle-
ctas indicere ei licere. *l. 1. C. de superindicto.* Cum igitur
gravitas ac necessitas collectis in sit, earum naturam per-
scrutandam esse necessarium putavi, nec non eam, pro ob-
jecto hujus dissertatiunculæ vindicari, Tu Jesu nostrum
promove cœptum!

Th. II.

Quoniam vero inconueniens est omissis initiis, atque
origine non repetita, illotis ut ita dixerim, manibus, protin-
us materiam interpretationis tractare, Gajus in *L. 1. D. de*
origine Juris, in vocis Collectarum originem ejusque no-
tationem inquirere necessarium duco. Quod nomen
collectæ in jure civili quidem nullibi deprehenditur,
Schutz. *de Stat. rei Romanae Vol. 2. Diss. 11. Th. 3. lit. a.* Latinum
tamen quod sit, autoritate Ciceronis evincitur. Ægid.
Thom. *Tract. de mun. §. exactio n. 241.* & dicitur collecta,
quod ad *etymologiam* ejus attinet, e *colligere*, zusammen lesen/
quia ex redditibus patrimoniorum, ut & privatorum bono-
rum colligitur.

Th. III.

De collectarum *homonymia* quoque quædam addam;
apud Theologos enim accipiuntur pro *Cantione & oratione.*
Collecten singen oder lesen. Hochfürstl. Erbstift: Magdeb.
Herz. August. Kirchen-Ordnung *cap. 6. §. 4.* Collectæ etiam
dicun-

dicuntur *Almosen*/ Const. Elect. Brandenb. Halberstad. circa pauperes de anno 1666. Ciceroni collecta est *cœna collectitia* sive *collatio*, quæ a convivis in prandium vel cœnam confertur, Cicero *lib. 2. de Orat.* Collectæ quoque sumuntur pro *pecunia subsidiaria*, quæ in subsidium salariorum clericis datur, Subsidiën: Gelder: zur Besoldung der Geistlichen/ & sic nuncupantur *Palæo-Eislebiæ*, *Neo-Eislebiæ* vero *Interims Beitrag*/ quæ pecunia, sub clausula tamen revocatoria Clericis Eislebiæ, a braxatoribus Eislebiens. conceditur, *Recess. Elect. Sax. de Anno 1658.* quandoque pro munere extraordinario sumuntur *Klock. de Contribut. C. 12. n. 75.* *Gail. lib. 2. observ. 52. n. 9. 10.* *Bocer. de Collect. c. n. 18.* *Mejer. Coll. Argent. lib 50. Tit. 15. Tb. 19.* Hoc loco sumuntur pro *Contributione* publica, pro Reipubl. commodo, ac necessitate a Magistratu indicta.

Th. IV.

Harum autem Synonyma sunt: *Constitutio L. sine berede 32. §. Lucius ff. de administ. & pericul. tutor. Heig. quest. 17. part. 1. n. 29.* *Collatio L. si pendentes 27. §. 3. ff. de usufr. Indictio, tot. tit. C. de indict. Tributum L. ult. §. divus 7. ff. de censibus: Berna, unde, einen Bären anlegen/ Bocer. de Collect. cap. 1. n. 2.* *Andr. Knichen. de Saxon. non provoc. Jur. cap. 5. n. 335. seqq.* cui *Andræ Knichen falsum hic commississe a Besoldo in Thes. Pract. sub Steuer imponitur, qui einen Bären anlegen/ esse Schulden machen/ dicit, quia crediti exactores, postea fremere incipiunt. At lubrico innititur fundamento: quia fremitus, vel nuda indignatio, fremitus enim das Brummen/ apud creditores nihil aliud, quam indignatio quædam est, ob beneficium in debitorem male*

collatum non sufficit, ut res quædam berna denominetur, unde einen Bären anlegen; Sed hic indignatio cum sævitia conjuncta esse debet, ex natura enim Urſi, qui sæva & iracunda est bellua, cujus brummen non per fremitum, sed per sævitiam indigitatur, *Juven. Sat. 15.*

• • • Sævis inter se convenit urſis.

Et sævit ut urſus germanice pronunciatur: er brummet wie ein Bär/ hæc denominatio proprie desumpta est. Cui haud absimilem dicere conatur laudatus Knichen vulgum commotum.

Ergo ubi commota fervet plebecula bile. *Perſ. Sat. 4.*

Ob id etiam Horatio vulgus insanire dicitur *lib. 2. Serm. Sat. 3.* Nec est consilium in vulgo nec ratio, nec discrimen Cicero pro Planco, nec immerito ergo belluæ quandoque conformatur. Et dicitur Collecta berna, unde einen Bären anlegen/ quia vulgus sævit interdum in collectam adeo, ut, ni media interdum quærentur, quibus uti urſus catena aut fiscella compescitur, Magistratum quandoque dilaceraret & devoraret. Denique Collecta dicitur quoque Synonymice *Census.*

Th. V.

Definitio: *Collecta est munus reale, quod pecunia vel fructibus ratione patrimonii ad Principis sustentationem & Reipublica utilitatem & commodum præstatur.*

Th. VI.

Th. VI.

Generis loco ponitur munus reale: munus vero tribus dicitur modis, uno donum, & inde munera dici dari mittive; altero onus, quod cum remittatur, vacationem militiae munerisque praestat, inde immunitatem appellari; tertio officium, unde munera militaria & quosdam milites munificos vocari; igitur municipes dici, quod munera civilia capiant Paulus in L. munus 18. ff. de verb. Signif. Aegid. Thom. p. 34. n. 1. Hoc loco significat onus, quia Collectis onerantur fructus rerum L. forma 4. §. 1. ff. de Censib. Brunnem. lib. 50. Tit. 15. de cens. quest. 6. Reale, non quod rei imponatur, uti quidam sentiunt, sed quod de fructibus realiter praestetur L. 6. §. 3. 5. ff. de mun. & bon. nec hic admittendum est, quod collectae inter munera mixta quae principaliter imponuntur personae contemplatione rerum, reponenda sint, uti Bald. in L. unic. C. de sentent. quae pro eo quod inter est & in Auth. defuncto vers. quare modo C. ad Tertyll. Natt. cons. 105. n. 7. Ern. Cothmann. cons. 11. num. 1. vol. 1. Rosenth. de Feud. c. 5. concl. 8. n. 10. Docent, & munus mixtum esse contendunt; siquidem forma dat esse rei & distingvit, text. in L. Jul. §. & si quis ff. ad exhib. & in L. cum hic in princip. ff. de transact. Bald. in L. cum quis n. 4. C. de juris & fact. ignor. L. si is quis quadraginta §. quaedam ff. ad L. Falcidiam. Gail. lib. 2. observ. 19. n. 15. & 16. Jac. Ayr. part. 1. c. 8. observ. 3. n. 26. Process. Hist. Jur. Quae autem est realis, non personalis, personae contemplatione rerum imposita praestatio, quae destructa res ipsa non manet eadem L. 7. §. 5. quod si toto in verbis: amissa propria forma & c. ff. de acquirendo rer. in Dom. 10. Et mixta non nisi in operis rusti-

rusticorum, vulgo Frohn-Dienste/ quæ cum sint diurnum officium ideo nocturnas non nisi tempore necessitatis, aut si ita consuetudine præscriptum sit, præstant Husan. *Tract. de homin. prop. & hodiern. serv. Jur. cap. 6. n. 96. serv. Novell. Elect. Aug. p. 2. Const. si.* & in simul laborem corporis requirunt, consistunt. Wesenb. *in ff. jur. Civil. lib. 50. Tit. 4. de mun. & bon. ad fin.* quæ tamen a Collectis nostris exulant cum nihil aliud nisi reales de fructibus rerum præstationes sint. Differentia sumitur ex *ob- jecto, forma & fine*, de quibus infra.

Th. VII.

Dividitur Collecta (1) in *ordinariam & extraordinariam*. Ordinaria describitur, quod sit munus a lege Senatusconsulto constitutionibus Principum *L. 1. C. de vacat. mun. publ. L. omnes secund. C. de annonis & tribut. L. unic. C. de privileg. urb. Rom.* aut Consuetudine indictum vel prævisum. Extraordinaria vero munus extra prænarra- tam solennitatem & institutum legis ordinem simpliciter ex improvise per Magistratus collationes indictum, ut pu- blica negotia expediantur *L. in honor. §. qui muneris de va- catione mun. publ. argum. §. fin. Instit. de Interdict. & in rub. ff. eodem.* juncta gloss. nec non hic dicendum esse censeo, quod differentia ordinariorum consistat non tantum quod Ordinaria imponatur a lege &c. sed etiam contineat annu- am certam regularem, ac in diminutione & augmentatio- ne quantitatis consistentem præstationem secundum opi- nionem Bart. *in L. 1. C. de vac. mun. publ. L. omnes C. de an- non. attribut.* licet contrarium dubitative dixerit *in L. un. de mul.* Nie de Matt. *in L. un. de mul.* Bald. *in L. omnes L. sine*

sine

sine cens. L. reliqui & *L. 1. de Coll. ar. Gvilielm. de Cuneo in L. nemin. C. de Sacro Sanct. Trinit. in L. voluntarie C. de excus. tutor. Cardin. in capit. non minus de immunit. Eccl. Extraordinaria vero, quæ secus fit; & quod horum opinioni non obediendum sit, cum (1) ipsa juris fundamenta differentiam inter ordinarium & extraordinarium munus propter quantitatem certam, vel incertam statutam non faciant; sed quod ordinariorum formam specificam ponant solum in solenni institutione legis Senatus Consultum &c. *L. 1. C. de vac. mun. pub.* & aliis supra allegatis; extraordinariorum vero in eveniente casu ex improvise. *L. in bon. ff. de vacat. & exc. mun.* (2) absurdum ex tempore indictionis collectarum profluens eam prohibeat, absurdum enim esset, quod collecto tempore indictionis non essent ordinariæ vel extraordinariæ, quoniam quantitas tanquam forma specifica tempore solutionis est saltem certa: nam si impensa requiritur, calculatur, deinde ad æs & libram fit distributio sub certa quantitate, si vero impensa sit propter onus occursum, pariter distributio certa fit ad æs & libram, & de hoc est in terminis in *L. omnes C. de op. publ.* (3) Inductio ordinariorum specierum talem certam & annuam quantitatem rejiciat.*

Th. VIII.

Nunc ad species tam ordinariorum quam extraordinariorum Collectarum ut deveniam, ordo svadet. Et quod ad ordinariorum species attinet, eæ sunt in duplici differentia; vel enim *perpetuo* præstantur, ut: *Contribution zur Unterhaltung der Cammer Gerichte / Anschlag des Römers Zugs / jährliche Vor- und Nach-Schoß / Zins / Zoll / Städte Steuer*

B

Steuer

Steuer / quæ collecta a primis regibus nostris introducta
 & in ordinarium munus Germaniæ Imperatoribus debi-
 tum & ab imperii ordinibus immediatis, quicunque quo-
 que sint, in Comitibus præsentatum, conversa, hodie in vesti-
 giis quibusdam remansit, Goldast. *de Bohem. lib. 2. c. 11.* Be-
 sold. *in Thes. Practic. sub voc. Städt. Steuer* / tributum, quod
 olim Veneti Solymo I. Turcarum Imperatori ob tranqvil-
 lam Cypri possessionem solvebant in gratitudinis memo-
 riam. Joh. Sturm. *de bello adversus Turcas administrando*
ad fin. **Schutz-Geld** / **Fleisch-Pfennig** / **Tranck-Steuer** /
Quatember Monat / und **Accis**. Vel *temporaliter*, si ne-
 cessitas exigit, cujus farinae sunt: resectio viarum, pontium
 reparatio, susceptio hospitem & militum *L. 27. §. 3. ff. de Us.*
fruct. L. 7. de Sacros. Eccl. L. 12. L. 14. §. 7. de mun. & honor. col-
latio ad transitum exercitus L. si pendentis, ff. de usu fruct.
Cuj. ad Novell. 120. alias fodrum, & pabulum equorum, post
Hotom. Menoch. conf. 302. n. 29. v. 14. ubi dicit: quod quan-
 do exercitus Principis seu habentis jura regalia transit, aliave
 in regione ducitur, subditi teneantur præstare pabula eqvo-
 rum, **Bauleben** / **Hauptrecht** / **Pactio** melioris capitis quam
 heredes cum domino & ejus officialibus super meliore ju-
 mento ab homine proprio relicto ineunt, **Sichard. ad L. li-**
bertos n. 4. C. de test. alias jus caduci, mortuaria, jus lu-
 tuosum **Trauer-Recht** / **Klock. de contr. concl. 3.** **Weidmahl** /
Todisfall / **todte Hand** / ex eo nempe; **Wenn ein leibegener**
Mann verstorben / und kein Haab noch Nahrung verlassen /
 davon der Bischoff hat können bezahlet werden / so hat man
 dem Verstorbenen die rechte Hand abhauen / und dem Herrn
 geliefert / **Gewandfalle** / si enim maritus præmoritur, uxor
 tenetur Magistratui dare vestimenta mariti, etiam lectum
 para-

para-

paratum in Ducatu Brunsvicensi; Paganus Magistratus bovem, Pastor ejus loci gallum gallinaceum, den *Hauß-Hahn* ædituus eine *Bratwurst* & præmortua uxore in Hassia & circumjacentibus locis pretiosius vestimentum; viro vero equus vel bos melior Joh. Herm. *Stamm. Tract. de Hom. propriis c.22. n.7.* Crus. *annal. Suedic. part.3. l.10. c.11. fol.575.* &c. Extraordinariarum vero species sunt: militia, redemptio Domini a hostibus capti, filiæ elocatio, transfretatio ultra mare, collecta Imperialis, quæ ad utilitatem totius imperii universis, qui ei subsunt, indicitur Gail. *lib.2. observ.53.* *Reichs-Steuer / Reichs-Anlag / Reichs-Hülff / Türckens Steuer / Bau-Hülff / Defension-Hülff / Vorrath* / quæ pecunia penduntur, item quæ militibus Hülffe mit *Volck zu Ross und Fuß* / Contribution zur *Unterhalt und Abwendung des Kriegs-Volcks* / *Soldaten-Gelder* / *Einquartirungs-Kosten* / *Proviand-Gelder* / *Proviand-Korn* / *Mehl* / *Wein* / *Bier* / *Brod* / *Magazien-Korn* / &c. Marpurg, *de Coll. num.355.360.* Carpz. *Rest. Elect.72. Tit.10. l.4. n.22.*

Th. IX.

Nec hic silentio quoque prætereundum est, quod extraordinaria omnes sustinere debeant omni vacatione remota *L.1. C. de vacat. publ. mun. L. Placet. C. de Sacros. Eccl. ubi Bald. Cast. & Jas.* ab his enim nullus excusatur. Etsi indicatur pro refectione viarum, pontium reparatione, & iis, in quibus cura aliqua post canonis solutionem requiritur, immunes quidem aliqui esse possunt a cura, quam habet quis, ut construantur, quia est munus personale *L.1. v. personal. ff. de mun. & bon.* non vero a sumtu, qui exponitur pro constructione viarum, & pontium. Atque Princeps pro elo-

B 2

canda

canda filia recte a subditis collectam exigat non obstante, quod Boer, *decis.* 126. n. 5. 6. & aliis de jure scripto subsistere negent de consuetudine, quæ legis instar est *L. 32. de LL.* & notorio Germaniæ usu id fieri docet Myns. *l. 5. observ.* 21. n. 3. 4.

Th. X.

(2) Dividitur in *imperiales, circulares & provinciales.* Reink. *de regim. sicut. & Eccles.* lib. 1. cl. 5. c. 4. n. 198. Mejer. *Colleg. Argent.* lib. 50. Tit. 15. tb. 20. Klock. *de Contrib.* c. 2. 134. *Imperiales* sunt collectæ a solo Imperatore Romano consentientibus Imperii statibus. Albin. ad Act. Pacif. Colo Anno 79. 4. Maji institutæ, Anton. Campan. *lib. 6. Epist.* 14. *Instr. Pac. Osnabr. de Anno 1648. artic. 8. v. gaudeant ibi: Tributa in dicenda,* Struv. *Syntag. Feud.* c. 6. *Aphoris* 31. Bocer. *de Collect.* c. 2. n. 8. Klock. *de Contrib.* c. 4. n. 22. *seqq.* proportionem fortunarum indictæ universis, qui ei subsunt subditis ad utilitatem totius Imperii, & felicissimam expeditionem Numinis Cæsarii *tit. quæ sint regal.* lib. 2. *Feud. L. 2. C. de muneribus* Gail. *lib. 2. obs.* 53. Et harum species duæ sunt una *der gemeine Pfennig* ut videre licet Comit. August. 1474. Francofurti Anno 1486. & 1486. Norimberg. Anno 1486. Wormatiens. Anno 1495. Arumæ *de Comit.* c. 8. n. 34. & *seqq.* Altera *der Römer-Zug* / R. A. de Anno 1521. vers. *auch haben uns Churfürsten.* *Circulares* quæ Imperii circulis ad tritionem ac commodum totius Imperii imponuntur *Besold. thes. Pract.* sub voc. *Krånß-Steuer.* *Provinciales,* quas Status est ordines Imperii pro utilitate territorii sui vigore regalium subditis suis imponunt Mynsing. *Resp.* 64. *Decad.*

Decad. 7. § Resp. 1. in princ. Dec. 15. Rosenthal. Tract. de Feud. c. 5. Conclus. 34.

Th. XI.

Quæ de differentia inter imperiales & provinciales collectas, quod desumatur a subjecto, illæ enim a consensu Imperatoris & Statuum, hæ vero unius jure proprio & regalium imponuntur; & ab effectu, proferuntur de iis late differentes videndi sunt Meichsner. decis. Cameral. imper. Rom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 92. & Sixtin. lib. 2. de Reg. c. 14. num. 31. & quæ a DD. hic fusius de subjecto solutionis Imperialium, quod nempe ipsimet Principes aliique Status Imperii ex suis Cameris & Proventibus eas solvere teneantur, nec non ante omnia proprium excutere debeant marsupium, redditusque suos ordinarios expendere priusquam ad extraordinarias exactiones deveniant, uti Socin. Consil. 98. n. 10. & seqq. Vol. 3. Roland. a Vall. Consil. 1. n. 67. Vol. 3. Natt. Consil. 185. n. 11. Consil. 506. n. 13. Wesenb. Consil. 45. n. 16. & seqq. & multi alii docuere ea ex provincialium natura abunde diluere possumus: hi enim pro curis & laboribus, quos sustinent Imperii Status; tum etiam in recompensationem expensarum, quas Principes vel Imperii Status pro pace, & quiete tenenda, inter quas & imperiales numerari possunt, facere ac patidebent; pro sua item dignitate servanda; proque salariis officialium ob justitiam administrandam solvuntur a subditis, Principes ergo merito eas, & imperiales a subditis suis exigunt Klock. Consil. 28. Tim. 1. n. 74.

B 3

Th. XII.

Th. XII.

(3.) Dividitur in *Justam & Injustam*. Et dicitur *Justa & Injusta* primum intritu *subjecti inbasionis*, ut penes eas imperantem sit τὸ κύριον seu summum imperium; & ut e contrario absque regalium vigore aut alio jure imponantur. Tum ratione *modi*, quo imponenda, ut æqualiter jussu Cosmi Medicæi ex Aenea Picolomin. *Comment. 51. Aegid. Thom. Tract. de Coll. in prin. n. 2. § 4. §. retenta n. §. subjiciunt n. 7.* Secundum formam censendi juxta proportionem Geometricam & Arithmeticam distribuatur; e contra, si inæqualiter non observatis proportionibus & forma dicta. Deinde contemplatione *objecti*, ut Collectæ vis consideretur in perceptione fructuum, Aegid. Thom. *de Coll. p. mihi 512. num. 1.* Contra vero in rei valore *L. fin. C. de Præd. Decur. sine decret. non alienand.* Denique observatione finis, ut Principis sustentatio & Reipublicæ necessitas & commodum requirat; contra si aliud quippiam extra enumeratos fines svadeat.

Th. XIII.

Hoc loco quoque notandum est, (1.) Quod si Princeps quidam per alterius Principis territorium milites suos pertransire Jufferit, is sola hospitacione utatur cætera vero, militum alimenta nempe, ut & pabula &c. ex suo marsupio solvere teneatur, *Instrum. Pac. Osnabr. Artic. 17. §. Quoties autem Novell. Justin. 130. Ritt. part. 14. c. 6. n. 13. Reichs Ab. in Comit. Spir. Anno 1570. §. 5. und was vor etlichen & seqq.*
Fritsch.

Fritsch. *Tract. de transf. milit. c. 8.* (2.) Qvod censendi forma consistat in Censorum constitutione, bonorum professione & æstimatione ad fructus: qvod igitur ad censorum vel æqvatorum constitutionem attinet, fit ea a Domino territorii, qvi probos honestos & prudentes singulariqve juramento ad officium adstrictos constituit *R. A. zu Speyer. de Anno 1544. §. 46. und damit nun. & §. 52. und damit diese seqq. Carpz. lib. 4. Tit. 10. Resp. 74.* Professionem vero si consideremus, fit ea in peculiari libello æqvatoribus constitutis oblato, & omnia bona mobilia & immobilia in se continenti, nec non omnia a profitente rite secundum Collectæ objectum, ad fructus nempe & commoda, deductis oneribus, ære alieno & impensis ita ut de centum quinque solvantur vi æstimationis æstimata per *L. forma 4. §. 1. ib. omnia ipse, qui defert. æstimet. ff. de cens. R. A. zu Speyer Anno 1544. §. und damit aber sie gehorsame 56. Verb. auff den angeführten Tage in jedweder sein selbst Vermögen getreulich und ohne allen Falsch und Gefahr schätze / includenti.* Et acquiescendum est in æstimatione bonorum affirmationi possessoris rerum mobilium, qvia in re propria non præsumitur ignorantia nec aliquis melius notitiam suarum rerum habere potest quam Dominus rei *L. quamquam ff. ad Vellej. L. nec is §. 1. ff. de acq. hered. vel jurata qva admilla omnis sinistra suspitio purgabitur L. jubemus C. ad L. Jul. repet. vel aliis probationibus demonstratæ Aegid. Thom. de Coll. pag. mibi 567. n. 15.* Immobilium vero æstimatio per decuriones civitates, qvibus committitur officium per æqvationis bonorum, ac munerum *L. 2. C. de Decur.* fieri debet. (3.) Qvod proportio geometrica in prima indictione bey der Belegung / observetur, nbi universum corpus considerans
ob

ob dignitatis & Status rationem Collectas omnibus æqualiter non impenit; arithmetica vero in distributione bey der **Eintheilung** observetur, hic enim citra respectum personarum secundum proportionem rei ad rem agit; ne unus locus præ alio gravetur L. *actores 4.* ibi Bart. Bald. Rebuff. C. *de exact. tribut.* L. *i. C. de Indict.*

Th. XIV.

Nec novam Collectarum divisionem ex loco Aristotelis *lib. 7. Polit. c. 8.* Ubi pecunias bellicis necessitatibus & domesticis commoditatibus destinat, extorquere possumus, siquidem collectæ belli tempore factæ sub extraordinariis, cum in casum a lege haud provisum solvatur; pacis tempore vero erogata sub ordinariis, quia ex causa perpetua indicitur, continentur nec tempus collectarum naturam ingreditur, ergo eas non dividit. Aristoteles quoque loco citato non novum collectarum divisionem facere, sed usum pecuniarum demonstrare intendit.

Th. XV.

Nunc vi ordinis ad *causam efficientem* accedamus, ea autem est (1.) Præceptum & mandatum Christi, *Matth. 22. v. 21. Marc. 12. v. 17. Luc. 20. v. 25. Rom. 13. v. 7. Matth. 17. v. 24. seqq.* (2.) Lex L. *4. C. de Annon. & tribut. L. 1. C. de vacat. publ. muner.* & quidem publica. (3.) Scutum L. *1. C. de vacat. mun. publ.* (4.) Principum Constitutiones L. *1. Cod. de vac. mun. publ.* (5.) Consuetudo *Mynsing. Observ. 21. n. 4. Bertrand. Conf. 126. n. 1. libr. 1. p. 2. Jos. Ludov. Comm. Conf.*

Conf. 38. num. 69. (6) Præscriptio in memorialis R. X. 118
 Aug. p. de Anno 1548. (7) Concessio per privilegium aut
 investituram, seu in feudationem Vult. 1. *Feud. 5. num. 7.*
Col. de Jure Imperii Tb. 24. lit. a.

Th. XVI.

Et una eademque est causa efficiens tam extraordina-
 rum, quam ordinarium collectarum *L. 1. C. de Indict.* nec
 propter unam eandemque causam efficientem extraordi-
 naria collecta est statim ordinaria; distingvendum enim est
 inter voluntatem superioris ad id directam, ut ob: casum
 improvisum onus extraordinem imponatur, & directam
 in hoc, ut idem munus deinceps redeunte necessitatis casu
 semper subeatur sine novo decreto vel constitutione, de
 quo ultimo lex agit.

Th. XVII.

Forma consistit in præstatione, & quidem reali, quæ
 est actus, per quem collecta reipublicæ confertur, ut in
 utilitatem & commodum ejus impendi possit. Exinde
 etiam collectæ præstationes ipsæ, quia forma dominatur
 in unaquaque ne, & est potentissima, nec non potior pars
 a qua denominatio fit dicuntur.

Th. XVIII.

Finis vero est (1.) Principis sustentatio, quæ est bonum
 publicum (2.) necessitas vel reipublicæ utilitas, *Svarez. de*

C

L. Deo

2072

L. Deo Legis lat. lib. 5. c. 15. n. 2. Francisc. Toletus *in Sum. Cas. Consc. libr. 5. c. 72. n. 3.* Et sustentatio Principis legitimus Collectarum finis est, quod Princeps seu Magistratus pro Republica laboret, eam regendo, in pace conservando, & defendendo, pro dignitate igitur respublica illum sustentare debet, dignus enim est operarius mercede sua Leonhard Less. *de Just. & Jur. l. 2. c. 33. dub. 1. num. 5.* Simon de Prætis *Cons. 10. n. 1. Vol. 3.* Nicol. Everh. Jun. *Cons. 10. n. 28. Vol. 1.* Nec non necessitas & utilitas reipublicæ, quia respublica sine bonis vix consistit, nec sine ejus adminiculis conservari potest. Plat. *lib. 10. de LL. & L. 1. §. 20. ff. de quest. & rerum publicarum nervus Archidamus apud Thuc. lib. 1.* Tacit. *lib. 4. Hist.* nec non regum & provinciarum substantiæ Salom. *Eccl. c. 2. v. 8.* dicuntur.

Th. XIX,

Quod autem ad collectarum *subjectum* attinet, est illud duplex vel *quod*, vel *quo*; *subjectum* quod sunt summi Magistratus, Imperatores, Reges & alii qui superiorem non recognoscunt, ut & respublicæ quæ nulli subjectæ sunt Bodin. *de Republ. lib. 1. c. 10. n. 169.* Principes item Seculares & Ecclesiastici, Comites & Barones in Comitibus sessionem & suffragiorum jus habentes Klock. *Tract. de Contrib. c. 4. n. 25. § 289.* Civitates imperiales jus territorii, *Hohen Obrigkeit* in suis districtibus usurpantes Gail. *l. 2. observ. 57. n. 7.* nobiles liberi die *freye Reichs von Adel* Gail. *lib. 2. observ. 62. num. 2.* & municipales Magistratus, seu universitas ex conventionem voluntate communitatis, exigente id necessitate, & consentiente superiore *L. places 8. C. de excusatio. mun. publ.*
Chri-

Christoph. Winzt. *de Collectis obs.* 4. n. 4. Petr. Peck. *de Jur. sist.* c. 4. n. 17. Carpz. *J. P. F. part. 2. Const. 6. def. 24. num. 7.* nec non summis gubernatoribus parentes, ex concessione vel per privilegium, vel investituram seu infeudationem Vultej. *1. Feud. 5. n. 7.* Colerus *de Jur. Imp. tb. 24. lit. a. & præscriptione immemorali* N. A. zu Augspurg de Anno 1548. §. Wenn auch ein außgezogener / s. wo aber innerhalb Menschen gedencken. Regalia enim fisci & præminentiae præscriptioni sunt obnoxia Vult. *de Feud. l. 1. c. 9. n. 23. pag. mibi 305.* Zang. *de except. part. 3. c. 10. n. 11. 283.* Brunn. *ad L. fin. Cod. de fund. reiprivat. in fin. Mev. p. 4. decis. 66.* H. Hart. *Tit. 46. observ. 2.* Carpz. *p. 2. Const. 3. def. 24.* Richt. *p. 1. dec. 21. n. 52.* Struv. *exerc. Feud. 5. Assert. 10.* Sixt. *de regal. l. 1. c. 5. n. 145.* Myns. *lib. 1. observ. 30.* Klock. *de Contrib. c. 16. Sect. 2. n. 17. seqq.*

Th. XX.

Non omnis statim, qui jurisdictionem habet, Collectas indicere potest, quia jus Collectandi est regale Tiraq. *de Jur. Primog. quest. 69. n. 7.* Borch. *de regal. n. 53.* Florez. Diaz. *de Mena lib. 2. variar. quest. 21. num. 11. L. 8. C. de excus. mun. L. 1. C. de super indict. L. 12. C. de Vectig.* Meier, Colleg. Argentor. *lib. 50. Tit. 15. tb. 19.* Perez. *in C. Tit. de Annon. § Trib. n. 4.* Petr. Ubald. *de Collectis n. 5.* Carpz. *lib. 4. Resp. 70. n. 9. § seqq.* Struv. *Syntagm. feud. cap. 6. Aph. 21.* Klock. *de Contrib. c. 3. n. 136. seqq.* Rosen. *de Feud. c. 5. Concl. 74. num. 1.* Sixtin. *de Regal. lib. 2. c. 14. num. 17.* nihil commune habens cum jurisdictionalibus *L. cum satis §. caveant. C. de Agric. Censit. § Colon. & 1. Sam. §. v. 11. § seqq.* Jus regium dicitur

tur quoniam supremo Principi ejusque Fisco in signum supremæ præminentiae ad imperii dignitatem, & Majestatem conservandam, reservatum est, Christoph. Urbach. *in disp. Feudal. de regal.*

Th. XXI.

Nec huic assertioni obstant Gail. *lib. 2. obs. 52. n. 19.* & Ros. *de Feud. c. 5. Concl. 74. n. 6.* dicentes, quod collectatio sit actus jurisdictionis quia oculos flectunt (1.) in cum qui habet regalia cum omnimoda jurisdictione sive jurisdictionem regalem uti Reink. *de R. S. E. l. 1. Class. 5. c. 4. num. 171.* Conciliare conatur (2.) in magistratum jurisdictionem habentem, & collectas indicentem non aliter, ni ex concessione, & permisso principis seu superioris regalia habentis Klock. *de Contrib. c. 3. n. 163. & c. 5. per tot.* (3.) in modum distribuendi, qui non est de regalibus Mev. *p. 3. Decis. 216.* Carpzov. *lib. 4. Resp. 72. n. 2. 3.* (4.) in executionem Klock. *de Contr. c. n. 167.* (5.) in urgentem necessitatem, quo casu unanimi Communitatis consensu Magistratus quicumque collectas exigere potest, Phil. Matth. *Vol. 2. Consil. Marpurg. 72. n. 52.* Meier. *Colleg. Argentor. Tit. 15. Th. 19.*

Th. XXII.

Hic quoque non supersedendum est hoc quod fiscus privato succedens quovis titulo, ad instar privati ad munera sustinenda compellatur *L. 1. C. de priv. fisc. L. si ut & L. si quis posthac C. de bon. proscript.* quia res onerata ita transit cum onere ad fiscum, prout ad privatum *L. 1. C. rem alien. gerent.*

2075

gerent. *L. fiscus ff. de Jure fisci.* Nec non nobilis de bonis a rusticis acceptis non **Bauern Gùthern** ut rusticus contribuere teneatur *Modest. Pift. Conf. 9. n. 49.* quia (1.) Ecclesia emtrix quæ alias valde privilegiata est, hoc facere tenetur *cap. si tributum 11. quest. 1. cap. tributa 23. quest. 8.* (2.) quia sentiens commodum æquum est, ut sentiat incommodum *Natt. Conf. 460. num. 16. Crayet. Conf. 642. num. 4. Menoch. Conf. 444. num. 23.*

Th. XXIII.

Nunc quoque subjectum Quo contemplabimus, & eo comprehendemus subditos, incolas, cives **R. A.** Anno 1549. §. denn nach dem *L. rescripto §. fin. ff. de mun. & bon. Collectis* enim non nisi subditi gravantur *Dec. Conf. 41. Vol. 1. Surd. Conf. 525. n. 18. Francisc. Becc. Conf. 73. num. 9. Steph. Grat. lib. 1. Discept. Forens. c. 29. n. 6.* Et persolvere onera potissimum signum subjectionis est *Jac. Mand. Conf. 62. n. 3. Gail. 1. 1. observ. 21. n. 9. Mas. Concl. 940. n. 1. Hipp. de Marsil. de probat. n. 276. Natt. Conf. 636. n. 78. Joh. Bonif. de Furt. §. 4. n. 24.* & sunt (1.) pleni rerum domini, quæ interterritorio sunt, licet non sint de territorio sed forenses *Gail. lib. 2. obs. 52. n. 17. Heig. quest. 17. num. 43. p. 1. L. secundum 10. ff. de R. 7.* (2.) Creditor (3.) Locator (4.) Conductor (5.) usufructuarius *L. 7. §. hactenus ff. de usufructu L. si pendentes 27. §. 3. ff. eod. Carpz. lib. 1. Tit. 10. Resp. 105. n. 2. 3. seqq. Idem part. 3. Const. 16. defin. 12. Brunn. ad L. 7. ff. de usufructu n. 5. Mev. ad Jus Lubec. lib. 2. Tit. 3. Art. 2. num. 47. Treutl. Vol. 1. disp. 16. tb. 13. lit. b. Bacc. ibid. in notis. Berlich. p. 2. Decis. 228. per tot. p. 3. Decis. 318. Richt. p. 2. Decis. 70. n. 27. 29.* (6.) Vasallus

Ius R. A. Anno 1544. § und nemlich sollen §. damit nun solz
 her L. 5. C. de mun. patrim. (7.) Emphyteuta Festal. de Collect.
 p. 2. c. 4. n. 24. (8.) Mercatores Domin. Soto lib 3 quest. 6.
 Artic. 7. pag. mibi 281. (9.) Artifices & opifices Festal. de
 Coll. part. 2. c. 1. n. 15. Anschlag auff dem Reichstag zu Augs
 spurg Anno 1474. §. Wer aber Paarschaffren.

Th. XXIV.

Et quod (1.) ad creditorem attinet, aut possidet ille
 pignus, aut non possidet, ac certas usuras capit: si possidet,
 aut illud naturaliter tantum possidet, ac ex re certas usuras
 capit & tenetur promodo fructuum collectas solvere L. 10.
 ff. de R. J. ultra hunc vero si quid impenderit, a debitore
 repetit, Klock. de Contrib. c. 11. n. 149. aut naturaliter & civi-
 liter simul, & sine repetitione tributorum onus sustinet
 L. 2. C. de annon. & tribut. quia dominii animo possidet &
 usu capiendi conditio transit L. 5. pr. L. 15. §. 16. L. 44. §. 1. ff. de
 dam. infect. aut non possidet, & usuras certas capit, Judici
 domicilii tamen promodo commodi collectas solvere te-
 netur R. A. Anno 1544. §. und zu diesem Christlichen milden
 Werck L. 22. §. qui faenus exercent. ult. ff. ad municipal. L. 18.
 §. 23. ff. de mun. & bon. quia ratione effectus debitum credi-
 toris est, L. 15. ff. de R. J. unde suum dicitur consequi, L. 139.
 §. 1. ff. de R. J. Non obstante quod ratione Dominii penes
 debitorem sit pecunia L. 3. §. 2. ff. de reb. cred. quod vero
 (2.) ad locatorem attinet, is ratione fructus ædium L. 36. ff.
 de usuris tributum solvit L. 2. C. de ann. & trib. Hausß Con-
 tribution, ad Conductorem (3.) quod attinet, is ratione
 quæstus, mercaturæ & artificii, quod exercet, onus susti-
 net,

net, Paulus Castr. *Consil.* 442. *inf. Volum. 1.* nec negandum est, quod quidem conductor etiam pro locatore solvat, quia fiscus desolutione tributorum convenit possessorem qualemcunque *l. 7. pr. Publican. § veēt. ff. de L. ult. cod. sin. Cens. § reliq. fund.* ubi Peretz. *n. 1.* verum intermedie tantum non vero finaliter, Dominus enim has expensas refundere tenetur: Dn. Tabor *in Commentar. de met. § epidem. p. m. 101. n. 19.* Nec his dictis obstant & omnino eximunt creditorem & conductorum a solutione collectarum *L. 16. C. de pign. § bypotb. L. 2. C. de annon. § trib.* quia allegatae leges loquuntur (1.) de Contributionibus, quae penduntur ex domo & re non ut conductum & pignus consideratis, sed ut locatoris & debitoris dominia ex quibus suos fructus percipiunt, haec enim omnino non ad conductorem & creditorem, sed ad locatorem & debitorem pertinent, quia sunt domini *L. 1. §. 2. ff. de obl. § act.* (2.) de conductore simpliciter sic dicto, & creditore ex pignore & credito nullas usuras capiente hi enim omnino exempti sunt, quia nullum sentiunt commodum, ergo nec incommodum; non vero (1.) de contributionibus, quae ex quaestus & mercatura conductoris nec non usuris certis creditoris solvuntur, haec enim ad conductorem & creditorem omnino pertinent, quia sentiunt commodum ergo & onus (2.) de Conductore quaestum & mercaturam exercente, & creditore certas usuras capiente hoc modo autem tenetur conductor non ratione aedium sed ratione negotiationis in aedibus exercitae, & creditor non ratione quaestus ex pignore sed ratione sortis. (3.) usufructuarius ultra fructus non tenetur, si hos enim excedant, proprietarius refundit Klock. *de contr. c. 11. n. 115. ad usque n. 130.* Et (4.) Mercatores *L. semper 5. §. 3. ff. de Jure*

Jure imm. a collectis solvendis non liberat, quia saltem lo-
 quide iis mercatoribus, qui annonam urbis adjuvant, & qui-
 bus hæc provincia a Principe demandata *Ægid. Thom. de*
mun. §. exposuimus n. 16. Menoch. Conf. 9. n. 12. vol. 1. & Con-
sil. 1201. n. 33. sed potius iis imponi jubet, *L. 8. ejusd. tit.* Nec
 non (5.) Artifices & opifices *Ægid. Thom. dict. lib. d. §. n. 6. 7. 8.*
 ab oneribus sustinendis non absolvit, civilia enim munera
 per ordinem promodo fortunarum sustinenda sunt. *L. 1.*
C. de mun. part. L. 1. C. de quib. mun. & prest.

Th. XXV,

Civis in loco suæ civitatis pro prædiis alibi sitis ad præ-
 standam munera non compellitur, sed ubi prædia possidet,
 propter causam prædii *Angel. in L. cum neque C. de Incol.*
Churfürstl. Sächs. neuen erled. Punct. Tit. von Cammer- und
Xent. Sachen. §. 21. quia prædia in tali territorio sunt subdi-
 ta. Et emtor post solutum pretium aut fidem datam de pre-
 tio & traditionem factam, cum suos fructus facit, & vendi-
 tionis contractus completus sit, atque vero domino col-
 lecta indicatur, nec non unico actu transfusa sit res & jus in
 ea, & jus fructuum, quoniam imo per obligationem, quæ cadit in
 dominum & universitatem pro solutione munerum: quo-
 niam dominium semper attenditur & in extimo registra-
 tum est nomen emtoris, licet fructus actu non percipiat, sol-
 vere tamen tenetur onera *Barth. L. neque ff. de impens. in*
rebus dot. Bald. in L. Prædia C. de fidei commiss. in L. ex convent.
ff. de Pac. Ægid Thom. de collect. p. m. 511. 512. n. 1. cui tamen
 repetitio adversus venditorem competit, *argu. L. cum possess.*
ff. de cens. Ac emens a fisco ad præstationem præteritorum
 munerum, si quæ prius soluta non sint, non obstante *L. Im-*
peratores ff. de publ. in qua si tributa non præstantur, prædio-
 rum

rum possessor compelli potest, non tenetur, nisi ad pretium conventum nec ultra conventa potest graveri l. 8. C. de omni agro deserto. L. 2. C. de fund. rei privat.

Th. XXVI.

Viso subjecto, expedit ut de objecto, pauca quoque videamus; & sunt fructus percepti ex rebus, juxta quantitatem enim commodi collectas solvere debemus, N. A. zu Speyer Anno 1544. S. und zu diesem Christlichen milden Werck L. 22. S. qui fœnus exercent. ult. ff. municipal. arg. L. 13 ff. de impens. in res dotal. L. fin. C. de præd. decur. sine decret. non alien. L. omnes 7. C. de oper. publ. Klock. Tom. 1. Cons. 28. n. 381. & Tract. de Contrib. c. 12. per tot. Mev. ad Jus Lubec. Art. 2. n. 12. Brunn. ad L. 4. ff. de Cens. n. 8. Meier. Colleg. Argent. lib. 50. Tit. 15. tb. 20. Carpz. lib. 4. Resp. 73. n. 1. & ædes ratione pensionis & fructus L. 36. ff. de usur. L. 2. C. de annon. & tribut. ac prædia ob fructus & commoda L. neque Stipendium 13. ff. de impens. in res dotal. L. fructus 13. C. de act. empt. & vend. Bacc. in Treutl. de usufruct. tb. 13. lit. b. & seqq. L. 7. ff. de publ. L. ult. C. sine cens. vel. reliqv. L. 2. 3. C. de annon. & trib. oneribus & incommodis obnoxia sunt nec non omnes pro modo fructuum reipublicæ obstricti sunt L. 1. C. de quib. mun. ea præstat. L. 1. C. de mun. patrim. ex omniqve causa & re unde quæstum subditi faciunt, contributiones, quæ onera sunt fructuum L. 13. ff. de impens. in res dotal. præstare tenentur. Et dicitur id tantum fructus quod deductis impensis superest L. 7. ff. de solut. matr. L. 36. S. final. ibid.

Th. XXVII.

Minime ergo res steriles: iniquum enim est ratione ejus unde nullos fructos percipiunt tributa iis imponere, L. liberalitatis 16. S. 1. in fin ff. de usur. & fruct. Chursl. Sächs. neue

D

neue

neue Erledigungs-Puncten / Tit. von Cammer- und Rent-
 Sachen §. non fumantes die Feyer-Städten. ex natura enim
 collectarum est, eas solvi ratione perceptionis fructuum
L. 13. C. de act. empt. & vend. L. 7. C. de annon. & trib. & quo-
 niam ex fumante possessor raro, attamen minimum perci-
 pit, mox autem ære alieno gravatus est, quod in collatione
 non æstimandum est, & sua onera hospitalitatis nempe su-
 stinent, *L. 3. §. 13. ff. de mun. & honor. L. 11. de vacation. mun.*
 nec non propter multa absurda exinde seqvenda, cum alias
 conductor ab onere immunis esset, quia fumantem nullum
 possidet, ac res fructiferæ nec non alii reditus & proventus
 ab onere excluderentur. Non nobilitas; de quo modo Ju-
 stin. Barbar. Venet. Senator de bello cum Austriacis scribit,
 quod si pecunia Veneti egeant, mille ditissimos cives eli-
 gant, & nobiles esse jubeant, illis nostra privilegia conce-
 dant, & propter nobilitatem communicatam suo sumtu
 annum integrum bellum pro nobis gerant. Non capita
 subditorum, quem modum servandum esse scripserunt
Cavalc. Decis. fol. 533. in addit. n. 3. Flor. Diatr. Demena qvæst.
pract. qvæst. 12. n. 110. & seqq. non umbra, aer spiritus captan-
 dus *Clapm. de arcan. rer. publ. lib. 5. c. 14. Bocer. de regalib.*
e. 3. n. 196. Klock. de Contrib. c. 1. n. 135. & 141. Non lupanaria,
 ut *Milch-Zins und Huren-Zoll* *Carpz. ad L. regiam c. 8. sect.*
2. n. 6. Klock. dict. c. 1. n. 142. Coll. Argent. Lib. 39. tit. 6. tb. 4.
Circa fin. Non novum matrimonium, nec recens natus in-
 fans, *Rosenth. de Feud. c. 5. Concl. 34. n. 3. Klock. d. c. 1. n. 327.*

Th. XXVIII.

Quod ad effectum attinet, habet Fiscus contra moro-
 sos debitores actionem, ut tributa & contributiones solvant
Carpz. l. 4. Resp. 78. n. 14. & seqq. Wes. p. 5. Conf. 215. n. 25. &
seqq.

seqq. Klock. *de contr. c.19. per tot.* Rulan. *de commiss. p.3. lib.3. c.8. per tot.* Besold. *Vol.3. Conf.93.* & quidem personalem Hein. Bocer. *de Collect. cap.13. n.12.* Klock. *d. c.19. n.403.* nec non in specie certi conditionem, quæ competit ex conventionem qua ordines provinciales promiserunt, certam pecuniæ summam collectarum nomine præstare Gail. *l.1. obs.22. n.6.* vel ex lege conditionem ex privilegio collectandi Principi concessio Carpz. *d.1. de Resp.78. n.14.15. & seqq.* Et subditi exceptionem: Collectas enim ultra modum indebite solutas subditi conditione indebiti vel officio judicis repetere possunt Schrad. *de Feud. p.10. sect.5. n.19.* post speculator.

Th. XXIX.

Nec non Magistratus etiam inferior, puta Comites Barones Nobiles atque Civitates, quibus tributa atque collectæ debentur, ante omnes reliquos creditores etiam expressam anteriorem hypothecam habentes ratione collectarum jus prælationis exercent, Const. Elect. August. 28. p.1. v. *Nuch Schosß / Steuer junct. §. nach jetzt berührten Schulden* Carpz. *p.1. Const.28. Defin.48. & lib.4. Resp.12. n.1. & seqq.* Berlich. *p.1. Concl.64. n.105.* Struv. *S. J. C. exercitar. 44. tb.47.* Mey. *ad Jus Lub. l.3. tit.1. Art.12. n.12. L.1. C. in quibus causis pign. vel hypotb. &c. L.1. ibi potior est causa tributorum, & L. si desert a 2. ibi; ut indemnitati tributorum omnibus modis consulatur C. si propt. publ. pensitat. Vend. celebr. fuer.* de quo jam dicto ratione collect. Magistratui & Fisco competente prælationis jure & rationibus, propter quas illud infertur & quæ huic annexa sunt, latius videndus est Ludov. Gunth. Mart. *in Comment. Forens. in Ordin. process. Judic. Saxon. in Tit.42. p.1374. & seqq.*

Th. XXX.

Quin imo collecta legitime imposita paratam meretur

tur executionem *L. missi 7. C. de exec. trib. L. publicus C. de fer. L. abstinendum C. quor. appell. non recip. Novel. 17. c. 8. Joli. Bapt. Asin. in pr. §. 7. c. 5. lim. 23. Thom. de collect. §. retenta n. 30. fol 770. & seq. Matth. Coll. de proc. execut. p. 3. c. 2. n. 35. Lancell. de attent. p. 2. c. 24. lim. 25. n. 2. Cravett. Conf. III. n. 19. Roland. a Vall. Conf. 32. n. 5. lib. 1. Menoch. Conf. 557. num. 103. Gail. l. 1. obs. 20. n. 5. Cum quilibet Magistratus suam jurisdictionem mandatis poenalibus contra refractarius subditos tueri possit *l. 1. ff. si quis jus dicenti non obtemperat. Wesenb. Conf. 33. n. 17. Gail. lib. 1. obs. 39. n. 5. Myns. decad. 13. Resp. 1. quest. 22. n. 130.**

Th. XXXI.

Hujus autem executionis modi sunt (1.) pignorum captio & distractio *L. 1. & 2. C. de cap. & distr. pign. tribut. caus. L. etiam furti 8. C. de furt. Fest. de estim. p. 3. c. 1. n. 1 & 14. absque admissione causae moratoriae text. in L. 5. §. fin. ff. de cens. (2.) Rei ipsius ablatio & venditio pro quantitate oneris, Roland. a Vall. Conf. 79. n. 3. 4. Vol. 1. Petr. Ant. de Pet. de potest. Princ. c. 4. n. 4. per text. in L. fin. C. sine cens. L. 1. 2. C. si prop. pub. pensit. vend. celebr. fuer. Coler. de process. execut. p. 3. c. 2. n. 34. & seq. (3.) fructus sequestratio *L. bi qui C. de Conv. Fisc. deb. (4.) Multae irrogatio Gail. l. 1. observ. 51. n. 20. Roland. Conf. 32. n. 3. Vol. 1. Alexand. Trentacinus variar. resol. l. 1. de jur. Fisc. resol. 7. n. 17. (5.) Manu militari collectarum exactio, Novel. 134. §. item si in Provin. Nov. 17. §. forent autem. (6.) In solvendo contumacium & inobedientium incarcerationatio *L. nemo Carcer. 2. C. de exact. trib. Peregrin. Jann. l. 3. de citat. Real. c. 10. Casp. Bæt. in tr. de inop. debit. cred. addicend. c. 13. n. 15. & 17.***

F I N I S.

	Prax.	N.	Voc.	Ann.
De Bure occursum. p. 2083.	Lyack	Trill.	Fera	1686
De absolute in foro poeniten- tiali et contentioso. p. 2198	Simon	Fiery.	Fera	1688.
De Sportulis p. 2222.	Aelich	Wolff	Fera	1683.
De portione statutaria p. 2252	Schach	-	Lips.	1692
De universitate u. iustitua- ria p. 2341.	Olear.	Ettmüt	Lips.	1718.
Curiosa gradum Justiniana p. 2396.	Simon	Rühl	Fera	1683
De Stellionatu p. 2454.	Stur.	Stell.	Fera	166.
De Collegiis Opificum p. 2482	Schill		Lips.	168.

Handwritten flourish or signature.

